Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37116
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Textus libri est qui vitas patrum appellamus. in quo
multa edificatio nobis patrum ostendit per exempla
Hijs autem dictis. ne beati basilij regula parua
quidem et tenui videatur. moxque de ea faciens subiungit
Hec et regula sancti patris nostri basilij quid
aliud sunt nisi boni viuendi et obedientie
monachorum instrumenta virtutum
Hec et regula et Istud qui dicit quid aliud sunt. ad
omnia superiora referitur ab illo loco. quem
pagina et usque ad istum instrumenta dant. quia bonus
artifex cum illis instrumentis se omni diligentia intendit
facere virtuosum. inter quas virtutes. bonam fidem et obedientiam
nominauit expresse. Nobis autem desidiosis
et male viuentibus atque negligentibus
rubor confusionis est Nobis et In talibus bonis
bindus nos miseros monachos reprehendit primum
de desidia. per quam bonum facere obmittimus. Secundum est
mala vita per quam peccata committimus. et deo displicere
ex meis sordibus non timemus Tertium de negligentia per
quam tepemus et surgere a malis iniquitatibus non
curamus Nobis ergo talibus sunt rubor confusionis
Quisquis ergo ad patriam celestem
festinas. hanc minimam inchoationis viam
descriptam adiuuante xpo perfice Quisquis et
Minima non in se. sed respectu maioris perfectionis
minima perfectionis appellat Et qui dicit inchoationis
regula. idem est cum eo. qui initium confusionis superius
nominauit. adiuuante descripta. adiuuante deo xpo po
test intelligere. Sed si uis illud adiuuante xpo cum qui